

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Promptuarium allegoriarum sacrarum praincipia fidei
christianae capita illustrantium: indice quadruplici
instructum post editiones 5 revisum, iam septimo
recusum**

Botsack, Johann

Francofurti ad Moenum, 1678

Caput IV. De angelis

[urn:nbn:de:bsz:31-142795](#)

CAPUT IV.

DE ANGELIS.

ARTICVLVS I.

DE ANGELIS BONIS,
eorumque officiis.ANGELI VINDICTAM DOMINI
in malos exercent.

134. Angeli, habito cum *Abrahamo* colloquio, oculos suos contra Sodomam direxerunt, Gen.18. v. 16. Impii sunt Sodomae cives, 1. *Nomine*. Sodom significat secretum: In secreto cordis sui Deum negant impii, Psal.10.v.6. & 13. Psalm.14. v.1. factis negant, Tit.1. v.16. & ita Sodomitae sunt, 2. *Crimine*. Sodomitae sceleribus quibusque dediti & emancipati: Ita & impii: Contra hos Sodomitas oculos dirigunt angeli,

1. *Opera eorum mala fastidiendo*: Ut enim facies Domini contra impios est, Psalm.34.v.17. Sir. 15. v. 10. (Est enim facies iræ, quam reformidamus Gen.3. v. 8. cap.4.v.16. Levit.17.v.10. cap.26. vers.17. à quâ montes fluunt, Jud.5.v.5. Conf. Ezech.15. v.7.) Ita & facies servorum angelorum contra impios est. Vide Esa. 37.v.36.

2. *Fessa Domini sui libenter capeffendo*, Psal.123.v.2. Psal.103. v.20. contra impios.

3. A facie Domini irata egrediendo, ut vindictam justam in impios exerceant, ut exemplis, Pharaonis, Herodis aliorumque patet.

AN-

CA.

CAPUT IV.
ANGELI CUSTODIUNT
nos.

135. *Jacobo in patriam reversuro servitia angelii integrorum castrorum specie apparentes, exhibuerunt, Gen. 32.v.2. Ita nobis, quamdui in via ad patriam coelestem pergimus, 2. Cor. 5. v. 2.3. in viis vocationis nostrae ambulamus, Psal. 91.v. II. servitia exhibent Angelii, ad quae emissi sunt, Hebr. 1. ult. Totis castris excubant, ut ne Diabolorum multitudinem exhorrescamus. Totis castris excubant, ut ne somnolentos esse putemus; vigilant enim, ut milites in castris, unde & sancti vigilis appellantur, Dan. 4. v. 10. Sanctus vigil descendit de celo.*

CASTRIS QUOQUE
comparantur angeli.

136. 1. *Ob potentia conjunctionem, sicut imperatores militiae exercitum in castris collectum habent; quia vel unus angelus tota dissipare potest castra, 2. Reg. 19. v. 35. seq.*

2. *Ob statam commorationem. Castra ubi metatur dux, ibi commorari meditatur. Angelii totis circum nos castris excubant, quia ad servitium nobis praestandum missi sunt, & ad commorandum nobiscum Matth. 18. v. 10. Angelii semper vident faciem Patris. Castra ergo habitacionis nostrae sint pura: Exeat ex illis execrator malus, blasphemus, si apud nos esse debet bonus Angelus. Istavita innocentia toties præcipitur, quoties extra castra aliquid faciendum mandatur, hinc inde in Pentateuco. Confer. Lev. 4. v. 12. cap. 6. v. 11. cap. 8. v. 17. alibi.*

3. *Ob allegoricam significationem. Jacob noctu in castris commorabatur, cum in patriam remigratus esset, Gen. 32. v. 21. In hac vita & ex hac tendimus in*

p2-

patriam cœlestem ; sed interim noctu velut in castris militiæ, Job.7.v.1. 2. Cor.6.v.7. nobis commorandum est, non solis, sed angelis comitatis, Exod.14.v.19. *Stetit inter castra Ägyptiorum & Israelitarum columnam nubis.* Ita inter nostra Ägyptiorumque infernalia castra stant angelorum præfida. Ambiat igitur Satanus castra sanctorum, Apoc.20.v.9. ut leo rugiens, 1. Petr. 5. v. 8. nullum tamen detrimentum piis afferre potest, stantibus à nostris partibus angelicis cohortibus, sub cœlesti Josua nostro militantibus, Jof.5.14. Is est Christus, quem supra angeli descendunt & ascendunt, Joh. 1. v. ult. Hoc beneficium membra habent commune cum capite, ut & super ea angeli descendant.

ANGELI ECCLESIAM protegunt.

137. *Atrium tabernaculi tentoriis circumdataum erat,* Exod.40. v.8. Verum tabernaculum Ecclesia est, quæ tentoriis angelorum, velut præsidiis cœlestibus, cingitur, Hebr.1.v.ult. In hac enim vita, præter tentoria, nihil habemus, quæ modo alio in loco figenda, donec statam in cœlo mansionem adipiscamur, Hebr. 13. v.14. Interim nostræ peregrinationis tentoria muniunt angelica præfida, donec ad cœlitentorium, Job.36. v.29. perveniamus.

ANGELI OPPRESSOS PIOS liberant.

138. *Jof. 10. v.7. Missus est exercitus à Josua pro defensione Gabaonitarum, à quinque Regibus oppressorum.* 1. Quinque illi Reges Satanam ejusque Angelos significant, qui infidias struunt omnibus cum Christo confederatis, Gen.3. vers.16. Luc.22. vers.31. Sed suos non deserit Christus, angelos suos mittit; *Ipsæ*

CAPUT IV.

Ipsæ quoque praestò est, ne nobis nocere possint. Petamus modò quotidie; (Ita enim Gabeonitæ ad Josuam) *O Domine, non retrahas manus tuas ab auxilio servorum tuorum; ascende citò & libera nos, ferque præsidium!* Satanæ verò verè Amorrhæus est. 1. *Nomine.* Significat enim Amorrhæus contradicentem & amarulentum: Talis est Satanæ, Apoc. 12. v. 12. 2. *Iniquitate,* Gen. 15. v. 16. Satanæ iniquitas nondum est completa; In die judicii implenda, & tunc plenè ejicietur. Hinc Amorrhæus pater sui similes filios procreat, Ezech. 16. v. 3. Joh. 8. v. 44.

ANGELORUM

defensio.

139. *Parietes Cherubinis piëtati erant, 1. Reg. 6. v. 29.* templi Salomonici. Hi Cherubini angelos significant, qui in parietibus sculpti piëtique fuerunt, ad indicandum angelorum præsidium, quo Deus Ecclesiam suam velut pariete munit Zach. 2. v. 8. Hoc pariete Elisa gavisus, 2. Reg. 6. nil hostica signa extimuit, v. 16. hoc pariete tota Iraelitarum terra ita circumsepta erat, ut nullus inimicorum terræ eorum insidiaretur, ascidente & apparente in conspectu Domini, ter in anno omni masculo, Exod. 34. v. 24.

ANGELORUM

servitus.

140. *Seraphim stare dicuntur, Esa. 6. v. 2.* Servitus Angelorum innuitur, qui stant, ut *jussa Domini, iussa conservorum, exequantur, Psal. 103. v. 20.* Hebr. 1. v. 14. ut malis angelis resistant. Nam stare *dimicantium* proprium est & excubias agentium.

ANGELI QUADRIGÆ

dicuntur.

141. *Spiritus cœlestes stantes coram Dominatore omnis*

omnis terræ ; Zach. 6. v. 5. ille solus Deus, Psal. 24. v. 1.
 (non mendax Diabolus . Matth. 4. vers. 9.) coram
 eo stant, ad indicandam promptitudinem & vigilantiam,
 in exequendis mandatis Psalm. 103. v. 20. ejus faciem
 semper intuentur, Matth. 18. v. 10.

ANGELI BONI SPIRITUS potentes.

142. Ezech. 1. v. 8. *Sub aliis suis manus hominum
habuisse dicuntur animalia.* Hæ Angelos sanctos de-
 notant, qui ut Spiritus sunt subtilissimi ; Ita etiam po-
 tentissimi : Unde Psal. 103. v. 20. fortes & potentes es-
 se dicuntur, & Spiritus administratorii, Heb. 1. v. ult.
 Hanc Angeli manum Sennacherib castra experta sunt,
 2. Reg. 19. v. 35. *Sub aliis autem habent manus suas
Angeli, quia potentia eorum non subjet humano visui,*
 & inulta spernit quamvis externam potentiam : quod per citissimum alarum remigium significatur.

2. *Alæ ha conjunctæ fuerunt*, d. l. v. 9. Conjunctæ
 sunt angelorum opera.

3. *Alæ fuerunt quatuor* : quia ubi vis locorum pios
 angeli tuerunt ex quatuorangulis mundi pios colligent,
 Matt. 24. v. 31. Confer quoque Matth. 13. v. 41.

4. *Facies extrorsum instar hominis & leonis erat* : ad
 dextram angelorum pii sunt, sicut ad Patris dextram sta-
 tuerunt in judicio, Matth. 25. v. 31. Et tunc facies hu-
 manæ iis est, ad indicandam humanitatem : & leoninæ,
 ad significandam vindictæ severitatem, contra leonem
 rugientem. 1. Pet. 5. v. 8.

5. *Facies sinistrorum erat bovina & aquilina*, ad ter-
 rorem malis incutendum, quibus Angeli erunt ad pœ-
 nam velociores aquilis, & crudeliores bobus ferocien-
 tibus.

6. In-

CAPUT IV.

6. *Instar carbonum ardentium aspectus animalium fuit. Signum hoc est maiestatis & glorie.*

7. Aliae verò istae significant

1. *Protectionem, ne Harpijæ infernales quidquam possint: Ideo sub aliis angelorum protegimur, velut ipius Duci, Ps. 91. v. 1.*

2. *Obumbrationem; sicut pulli gallinarum sub aliis delitescunt: Ita obumbramur sub angelorum patrocinio.*

3. *Velocem motionem & agilitatem. Alas pernici agilitate movent volatilia: Ita angelorum est expeditissima promptitudo.*

4. *Potentiam & vires agendi, Confer Dan. 7. v. 4. Velut non postrema est potentia volatilium in aliis.*

ANGELI BONI, IGNIS MALIS,
piis defensio.

143. Dan. 10. v. 6. *Vidit virum, brachiis instar ferrari carentibus praditum. Hic vir Christus est, cuius brachia carentia sunt angeli, malos urentes & punientes, exemplo Sennacheribi 2. Reg. 19. v. 35. pios verò instar muri ignei, Zach. 2. vers. 5. cingentes. Hoc brachio impiorum frangit brachium, Psal. 37. vers. 17. ex fornace ardente liberat, Dan. 3. vers. 88. Brachia quoque carentia sunt angeli, in indicium amoris: impensisimo namque amore humani generis ardent. Brachiis infantes fovent parentes: Ita DEUS angelis pios fovet, Psal. 91. vers. 12. instar nutricis, Num. 11. vers. 12. Funes Brachiis Simsonis injecti rumpabantur, Judic. 16. v. 14. Ita nulla vis est contra hæc angelorum brachia. Ita principes brachia dicuntur, Dan. 11. v. 22. ob potentiam. Brachia (ait Daniel) pugnantis expugnabuntur. Talia princeps noster Deus brachia non habet; hæc non expugnantur, sed omnia potius expu-*

expugnant, hinc fortis dicuntur: Psal. 103. vers. 21. vel
virtutes.

ÆREA AUTEM HÆC

Brachia sunt;

144. 1. *Ob fortitudinem:* Angeli enim murus ahe-
neus, Zach. 2. v. 5. *Eromurus igneus in circuitu eorum.*

2. *Ignitionem.* Æs ignitum redditur igni; Igniti
sunt angeliamore erga pios, vindictâ contra impios, Ps.
35. vers. 5. Igneum hunc amorem Christo probârunt;
Matth. 4. v. 11. Probârunt capiti, non denegabunt
hunc amorem membris.

3. *Rubiginis obductionem.* Æs nisi oleo aspergas,
rubiginem obducit. Angeli officio defunt suo, cum
oleo pietatis eos tibi non devincis. Suprà all. 134.

ANGELI SUNT

vigiles,

145. Daniel. 4. v. 10. vigil sanctus descendit de cælo.
De angelis interpretatio communis est, qui vigilant
pro nobis, tanquam emissi milites Hebr. 1. v. ult. & ca-
stra circum nos nostraque locantes, Gen. 32. v. 2. Psal.
34. v. 8.

1. Excubias agendo, quod proprium est vigilum;
Judic. 7. v. 17.

2. Non frustra vigilando, sicut alii vigiles, Psalm,

127. v. 1.

3. In civitate Ecclesiæ oberrando, Cant. 3. v. 3.

4. Non cœctiudo, Esa. 56. v. 10.

5. In muris custodias agendo, Esa. 62. v. 6.

ANGELORUM DEFENSIO

sepes Ecclesiæ, Matth.

21. v. 33.

146. Circumdedit hoc muro vineam suam, quia in

G

hac

hac suos habet, ideò Angeli sunt in circuitu eorum, qui timent Dominum Psal. 34. v. 8. Hac sepe tuerit, ne apri Ecclesiam devastent, Psalm. 80. v. 14. Apoc. 12. vers. 12.

ANGELI PIORUM

satellites.

147. Cantic. 3. v. 7. 8. *Leclum Salomonis circumstant sexaginta fortissimorum Israel;* gladiis omnes instructi, militiae gnari, ob metum noctis. Fortissimi hi angeli sunt Psalm. 103. v. 20. *Leclus veri Salomonis pius quisque est,* in cuius pectore, velut in lecto, requiescit, Joh. 14. v. 23. Esa. 66. v. 2. cap. 57 v. 15. cum eundem in *lecto cordis nostri* querimus gemibus, Cantic. 3. v. 1. Psal. 6. v. 7. tunc verus Israël in *lecto cordis nostri* se componit, ut in tipo, Gen. 48. v. 2. Gladii sunt potentia ultrix Angelorum, propter metum noctis, ne obruat nos, Ps. 91. v. 5. & tenebrarum, quas Satan amat, Eph. 6. v. 12. Contra quem stant hi fortissimi Israel, si dicitur, angeli; velut Ecclesia Domini praesidiarii & satellites.

LAMPADES.

148. Apoc. 4. v. 5. *Septem lampades igne ardentes coram throno Dei erant.* Typus angelorum: qui lampades sunt illæ Gideonis nostri, Jud. 7. v. 16. ad quarum sonitum tacitumque tot millia cadunt, 2. Reg. 19. v. 35. *Lampades sunt ob fulgorem charitatis, ardentes igne charitatis Dei, quem amant, & propria, quâ nos amant igne vindicâ: coram throno Dei sunt, cujus faciem jugiter intuentur, Matth. 18. v. 10.*

QUADRIGÆ.

149. Zach. 6. vers. 1. seq. *Propheta vidit 4. quadrigas egredientes de medio duorum montium areorum. Quadrige pios angelos notant, qui pios vehunt in hac*

haec vita, & animas post mortem in sinum Abrahami, Luc. 16. v. 22. Montesilli Chalybei significant 1. Potentiam Dei. 2. Justitiam & immutabile Dei consilium suos defendantis & protegentis. Dein equi notant angelorum motum pernicem & momentaneum, robur quoque, cuius nomine etiam *virtutes* iidem appellantur, Col. 1. v. 16. potentes, 2. Petr. 2. v. 11. opere ipso hoc olim ostendentes, 2. Reg. 19. v. 35. 2. Sam. 24. v. 16.

ANGELORUM MINISTRA- RIUM DIFFUSUM.

150. Quatuor angelii stant super 4. cardines terræ, Apoc. 7. v. 1. ne scilicet Diabolus omnia pessimandet; angelii stant, vigilant. Super quatuor cardines terræ, hoc est, ubi vis locorum, ubi pii sunt.

LICTORES SATANÆ.

151. Hinc angelus Diabolum vinxit, Apoc. 20. v. 2. Sicut olim lictores, à ligando dicti, petulantes loris constringebant, Plutarch. in probl. Rom. 67. Petulans Spiritus sanè Satan, qui alias, sicut Philistæ Simsonem, Jud. 15. v. 15. omnes homines, filiceret, vinculis & laqueis suis, 2. Tim. 2. v. ult. t. Tim. 6. v. 9. vinciret. Sed angelorum loris compescitur nebulo, lictorum illortum cœlestium.

IN VIA NOS GUBERNANT.

152. Josephum in via errantem vir invenit, amicè compellans, & ubi fratres agerent indicans, Gen. 37. v. 15. Vir ille typus angelorum, qui nos in via errantes sæpè reducunt, à mala via abducunt, Num. 22. v. 22. Matth. 1. v. 20. Huc pertinent angelicarum defensionum innu-
mera exempla.

DEFENDUNT NOS
ab ipsa pueritia.

153. Tobias junior itineri se dans domo exiens inventit Raphaalem stantem, indutum, ad uerparatum, Tob. 5. v. 5. Uterus maternus domus est, in qua primò formamur, Psal. 139. v. 15. ad hujus vitæ iter conficiendum. Hac cum eximus, statim adsunt angeli, induiti potentia scilicet & robore, parati ad iter nobis cum conficiendum, per viam quam optimè nō runt, d.l.v. 8. Tobias. Veri scilicet Raphaeles, vel medici Dei, cum enim in periculis nullum consilium suppetit, medicantur nobis, opere que suâ nobis opitulantur.

ANGELI BONI SUNT
Janitores Dei.

154. In templo Salomonis janitores constituti erant, 2. Reg. 22. v. 4. 1. Chron. 10. v. 22. Templum Salomonis veri Ecclesia est, in qua Christus suos constituit janitores, sanctos angelos. Ille est verus custos hominum, immediate & mediately per suos custodes, Job. 7. v. 20. nunquam dormiens, Psal. 121. v. 4. Hi custodes angelii nostrum quidem vite hujus carcerem circumstant, sed non ut teneant captivos; sed ut liberationem nostri expectent, liberatos educant, Actor. 12. v. 10. exemplò Petri præfiguratum, inque Lazaro completum, Luc. 16. v. 22. Iisdem se catenis ligari permittunt, (olim enim vigiles iisdem cum captiuis catenis ligabantur, ne hi possent aufugere,) cum ob pios sæpe vanitatibus servire coguntur, mundi malitiam contemplando. Hi vigiles sepulchrum nostrum circumstant, ut nos colligant, Matth. 24. v. 31.

AN-

ANGELI BONI SUNT

Deifeciales.

155. *Dominus in voce archangeli & in tuba Dei ascendet*, I. Thess. 4. v. 16. Angeli ergo Dei feciales sunt, indicentes bellum, (sicut olim Romani nullum, nisi per feciales indicatum, bellum faciebant, Varro de vita populi Rom. cap. 2.) quod ultimum geret adversus hostes, Satanam, peccatum, mortem, quos omnes abolebit, I. Cor. 15. v. 24. *Facialibus autem comparantur angeli.*

1. *Ob exornationem.* Solebant Romani exornare feciales mittendos, ut maiestatem populi Rom. ad vivum exsriberent: Ita angelorum magna erit maiestas, Matth. 25. v. 31. ut Christi maiestatem sui capitum & principis, à quo missi, reddant testamat.

2. *Ob confidentem ingressiōnem.* Feciales hostium forum rectā petebant: Angeli forum mundi rectā petent, ut pios colligant: cūm hoc tempore tūm etiam in die judicii, Matth. 13. v. 41.

3. *Ob pacis confirmationem.* Facialē pacem vel bellum confirmabant: Ita angelorum maximus est in pace piorum, bello impiorum consensus. Piis enim pacis nuncii sunt, Luc. 2. v. 10. Impiis bellum indicunt, Psal. 35. v. 5. Hæc applicare volens ulterius, consulere potest Halicarn. lib. 2. antiq. Rom. & Varr. l. d.

ANGELI SUNT SUB

potestate Dei.

156. Instar Sapphyri fuit, *Domini gloriam vidente*, Ezech. cap. 1. v. 26. Angeli possunt intelligi.

1. *Ob pulchritudinem.* Ezech. 24. v. 10. Sapphyrus gemma pulcherrima. Angeli Spiritus pulcherrimi. Ob sapientiam, sanctitatem & castitatem, Jud. 6. v. 12. Luc. 1. v. 13. 19. cap. 2. v. 10.

2. *Ob promissionis divinae completionem.* Ponam
fundamentum tuum ex Sapphyris, Esa. 54. v. II. Cum
ισάγγελοι erimus, videbimusque Sapphyros istos spiri-
tuales nostra ipsorum corpora, fundamentum nostrum
erit instar Sapphyri; hoc est, eximiâ claritate prædicti
erimus, 1. Cor. 15. v. 43. seqq., ob Christum, fundamentum
nostrum, 1. Cor. 3. v. II.

3. *Ob summam exhortationem*: Hanc cum scriptu-
rainnuit, Sapphyris ornatum constare dicit, Ezech. 28,
v. 13. Angeli maximis dotibus ornati & instructi sunt.
Ob medicam operationem. Nam si P. Aegincetæ credimus,
inter scorpiones & Sapphyrum quædam intercedit
~~et rura dea~~. Scorpiones infernales certè abigunt cœle-
stes Sapphyri, angeli.

INDEFESSUM ANGELORUM ministerium.

157. Christus *ascendentes & descendentes angelos videt*, Joh. i. v. 51. Juge ministerium angelorum indigatur, qui aut in obsequium nobis præstandum, ascendunt, aut descendunt, cum præsentia potentiæque suæ documenta exhibent.

ARTICVLVS II.

DE DIABOLIS.

DIABOLI IMAGO GOLIATH EST,
I. Sam. 17.

157. i. *Magnitudine staturæ & virium in Goliatho*
fuit. Hac autem notat Diaboli potentiam, ut Job. 41.
Diaboli potentia sub imagine Leviathanis depingitur.

2. *Nomine. Goliath emigrantein*, exulem notat.

Dia.

DE ANGELIS.

101

Diabolus emigravit ex veritate in mendacium, Joh. 8.
v. 44. proprio domicilio in alienam ditionem, Jud.
Epist. v. 6. Hinc exul factus, projectus est, Apoc. 12.
v. 10. in exilium tartari dimissus, 2. Petr. 2. v. 4. catenis
reservatus, Jud. v. 6.

3. *Armaturā.* Habuit enim Goliath galeam, scu-
tum. Ita Diabolus habet galeam, scutum, contra quæ
armatura Apostoli, Eph. 6. v. 13.

4. *Comitatu.* Armiger Goliathum præcessit. Ar-
miger Diaboli mundus est. *Hinc Pater & princeps
mundi est*, Joh. 14. v. 30. Eph. 6. v. 12. Mundus vero
arma Diaboli gerit; quæ hæc? persecutionis arma
Psalm. 57. v. 5. quibus mundus premit pios, Joh. 16.
v. penult. iniquitatis arma, Roman. 6. v. 13. tenebra-
rum arma, Roman. 13. v. 12. arma iustitiae, 2. Corinth.
6. v. 7. eaque carnalia. 2. Cor. 10. v. 7. Hæc arma ge-
runt impii; pii vero armis iustitiae & lucis sunt instructi.

5. *Propositionis complemento.* Goliathus ajebat: *si
ego percussero, vos eritis servi mei:* Ita Diaboli facti
sumus mancipia post peccatum, à quo percussi. Tit. 3.
vers. 3.

6. *Pavore.* Timuerunt valde Israelitæ, auditis Go-
liathi verbis, v. 24. 1. Sam. 17. Quis non timeat leonem
rugientem, nos devorare volentem? 1. Petr. 5. v. 7. 8.

7. *Quadragesimalis insultatione.* Ita Diabolus 40.
diebus Christo insultavit temptationibus, Math. 4. v. 2.
Nobis quoque per totius vitæ nostræ spatium crebris
temptationibus insultat.

8. *Dedecoris illatione.* d. l. v. 26. Ita Diabolus ma-
gnam ignominiam nobis intulit, peccatum scilicet,
cujus fructus cum dedecore conjunctus est, Rom. 6, 21.
coram Deo, coram sanctis angelis, coram peccatoris

G 4

ipsius

ipſius conſcientiā, Num. 12. v. 14. Eſa. 10. v. 6. Ezech. 16. v. 61. Dan. 9. v. 7.

9. *Exercitii belli continuatione.* d. I. v. 33. Ita Diabolus ab initio peccati, Joh. 8. v. 44. miles exercitatiſſimus.

10. *Contemptu.* Goliath Davidem contemnebat: Ita Diabolus Christum in membris suis Phariseis, terraneis, contempſit, Marc. 6. v. 3.

11. *Pracoci confidentiā.* Goliath carnem Davidis volucribus cœli dare volebat: Ita Diabolus Christum per paſſionem pefſundare volebat, ſed fruſtra. *Venit enim princeps mundi, nec in me habet quicquam,* Joh. 14. verf. 30.

12. *Inopinō interitu.* Lapidibus enim petitus interiit Goliathus: Ita à vero lapide, Ephes. 2. v. 20. Luc. 20. v. 18. petitus interiit Goliathus Satan, ut ingeminare poſſimus, i. Corinth. 15. v. 55. *O mors, ubi aculeus tuus? Grauiſt Deo,* qui nobis victoriam dedit in Christo, qui nos triumphare fecit in Christo.

DIABOLUS A VIA SALUTIS nos abſtrahit.

158. *Israelitis Ēgyptō emigrantibus inque promisam tendentibus patriam, Amalec occurrit, cœciditque ex poſtremo agmine omnes debilitatos,* Deut. 25. v. 18. Talis Amalec Satanas eſt, qui itinere ad cœleſtem patriam conficiendo, quævis objicit obſtacula, pugnam indicit, cui reſiſtendum eſt armis ſpiritualibus, Eph. 6. v. 13. i. Petr. 5. v. 9. cavendumque nobis ſollicitè, ne deabilitemur in itinere aut laſſi flamus, Eph. 3. v. 13. Hebr. 6. v. 12. Remiſſas manus & ſoluta genua erigite: manus, ne fint laſſæ ad bona operandum: genua, ut fint prompta in via pietatis ad pergendum, hos enim cœdit, ut ad metam pertingere nequeant. *Soli enim reſtē*

recte pugnantes, 2. Tim. 2. vers. 5. coronantur, pugnandum ergo, non post principia standum. Currendum est, ut brabæum apprehendamus, 1. Cor. 9. v. 24. & occurramus ad resurrectionem, Phil. 3. v. 11. veramque plenitudinem, Eph. 4. v. 13.

DIABOLUS EST*sanguisuga.*

159. Proverb. 30. v. 15. *Sanguisuga duæ sunt filiae, Adfer, adfer. Hæc Diabolum notare potest, qui cum homicida sit ab initio, Joh. 8. v. 44. non nisi sanguine nostro satiari potest. Duæ autem sunt filiæ Diabolo; haressis & vita impia, quarum adminiculo multorum hominum animas ad se trahit; vel duæ filiæ infernum & mortem significare possunt, quæ insatiabilia Prov. 30. vers. 16. Sanguisuga quoque bisulcam habet linguam: Ita Diabolus aliud corde, aliud ore, promptum habet, Gen. 3. v. 4. Nequaquam moriemini. 2. Corinth. II. v. 3.*

DIABOLUS MILVUS RAPIENS*Christi pullos ad tempus,
vexansque.*

160. 1. *Immunditie. Milvus immundus judicatus est in lege, Levit. II. v. 14. Ita Satanus immundus est Spiritus Zach. 13. v. 2. Matth. 12. v. 43. Luc. II. v. 24. Omnia hominis immunda reddens peccatis.*

2. *Rapacitate. Nam milvus in ære circumvolitat, & pullos obseruat diligentissimè, quos ubi longius aberrare à matre animadvertit, confessim rapit devoratque: Sic Diabolus in ære circumvolitat, ut princeps aeris, Eph. 2. v. 2. c. 6. v. 12. pullos, hoc est, fideles Christi accuratissimè observat, Job. I. v. 8. 9. requiem querit, Luc. II. v. 24. (non enim quiescit, nisi hominibus in mali sui societatem pertractis) instar leonis rugi-*

rugientis, I. Petr. 5. v. 8. & valde irati vindictam quærentis Apoc. 12. v. 12. Ne ergo devoreris, non separest te à Deo Patre, necab Ecclesia vera matre.

Per peccatum autem & securitatem à Christo ab erantes homines ipse rapit, verbum de cordibus tollit, Luc. 8. v. 12.

Maneamus igitur sub aliis gratiæ Christi, quibus ille nos congregare vult. Matth. 23. v. 37. & salute beare Malach. 4. v. 2. & infernalis hujus milvi rapacibus unguibus elabemur.

3. *Vafrie:* nam cum milvus prædam speculator & expectat, hæret in altissimo aëre, ut vix visui expositus esse videatur: Ita Diabolus occultat se, circumventurus dolis suis homines, eosque securos adoritur. Sic olim protoplastos, sic Lothum, Davidem in peccatum præcipitavit; quocircum monuit Apostolus, ut hujus infernalis milvi caveremus insidias, 2. Cor. 11. v. 3.

4. *Vocis volatusq. mollitie.* Milvo enim tenuis vox & pernix tenuisque est volatus. Ita Diabolus decepturus vocem mollem fingit, dulcem & blandam, ut Gen. 3. vers. 4. Ejusmodi voce molli uititur quoque, suggestionibus blandis intrinsecus homines ad peccandum solicitans, extrinsecus exemplo mundi scandalosi invitans.

5. *Perpetuâ fame.* Semper præda inhiat milvus: Nunquam non prædam, non corporis tantum, sed & animæ expedit Diabolus.

6. *Avium raptarum conditione.* Milvus sub celo volantes aves non rapit, sed domesticas & securas: Ita Diabolo non est potestas in pios, aves illas Dei, remigio suspriorum fidei que pennis semper volantes velut, Ps. 11. v. 1. ad cœlum, Phil. 3. v. 20. sed in mundanos, quibus hæc terra domus est, divitiis curisque terrestribus emancipatos.

7. *Lam*

7. *Laboris magnitudine*: Cui milvus non parcit, saltem ut exigua præda potiatur: Ita Satan operæ non parcit, tota vita insidiatur homini, non fatigatur.

8. *Erga pullos infidelitate*, quos cum pinguescere videt, invidet eis, rostroque eorum diverberat corpora, ut vulnera & doloribus contabescant: Idem erit præmium infidelium in inferno, Diaboli Tyrannidi subjiciendorum; hinc exactor audit *Luc. 12. v. 58.*

SATANAS ECCLESIAE ædificium impedit.

161. *Nehemiae 2.v.19.* *Sanaballat & socii Iudeos Solymarum ruinas reparantes ludificati sunt, & contempti runt, defectionis insimularunt*: Ita Satanæ coelestium Solymarum ædificatores, quas ille in Adamo vastaverat, ludificatur per organa sua, & salutare ædificium Ecclesiæ modis omnibus impedit, qui muros jam parari videns, de quibus *Psal. 102. v. 15.* indignatur, ut *Sanaballat*, *Nehem. 5. v. 1.* *Apoc. 12. v. 12, & 13.* & querit, num Ecclesiæ lapides vivificari possint peccato plane mortui, *Ephes. 2. v. 5.* At est, qui Ecclesiam ex vivis lapidibus ædificet, *1. Petr. 2. v. 5.* ante peccato plane combustis: *Quis ille, nisi Christus?* ipsus Ecclesiæ suæ lapis angularis, *Eph. 2. v. 20.* & ædificator ille *Zemah*, *Zach. 6. v. 12.*

SATANAS EST VETUS serpens.

162. Cum ob alios respectus, vide supr. 160. all. tūm ob exercitationem & fraudem *vetus* dicitur, quasi veteranus miles. Ideo monet Apostolus, ut nobis caveamus, ne circumveniamur à Satana: non enim ignoramus cogitationes ejus, *2. Cor. 2. v. 11.*

DIA-

DIABOLUS EST

Urus.

163. *David ursum interfecit*, 1.Sam.17.v.34. David ille Christus ursum infernalem vicit, eique prædām extorsit, Esa.49. v.24. Hic est ursus *ob ira vehementiam*, Prov.28.v.15. Luc.22.v.34. 1.Petr.5. *sævitiam*, unde dicitur Abaddon, Apoc.9.v.11. perdendo namque sævit, *fraudulentiam*, unde toties Draco & Serpens vocatur, 2.Cor.11.v.3.

SATANAS EST BA-
siliscus.

164. 1. *Ob veneni atrocitatem*, quæ tanta, ut aerem inficiat, inque cadavere maneat etiam mortui. Ita Diabolus veneno infecit totum genus humanum, malitiâ scilicet, quæ adhuc in ipso manet, quamvis filius Dei mors ipsi factus sit: manet quoque venenum peccati in homine, etiam mortuo; nec illius radix, nisi cinea factio ne tollitur.

2. *Veneni penetrationem*. Dicitur enim Basilisci venenum etiam in baculum penetrare morfu ejus pe titum, tenentisque inficere manum: Ita non tantum ii lædentur, qui cum ipso Satana conversantur: Verum etiamii, qui cum Satanæ complicibus, 1.Cor.5.v.7. *Modicum fermenti* totam massam fermentat. *Qui picem tangit*, inquinatur ab ea, Sir.13.v.1.

3. *Enectionem*. Mustela in cavernam Basilisci intro missa, solō eam halitu enecat: Ita Christus in sepulchri cavernam intromissus, & ad inferos descendens, Satanam occidit, adeo, ut piis nocere non possit, Esa.11.v.8. Psal.91. 1.Cor.15.v.55. Hebr.2.v.14.

4. *Lucis fugam*. Basiliscus lucem fugit: Ita & Satanás

tanquam lucem veram, Christum, fugit, quia tenebrarum
Spiritus est, Eph. 6.v.12.

DIABOLUS EST PHARAO.

165. 1. *Filiorum intentat occisionem*, Exod. 1.v.22. Ita filios spirituales Ecclesiae occidere satagit Satanus, ne semen spirituale Christi, Gal. 3.v.14. multiplicetur, sed dissipetur, Luc. 22.v.33.

2. *Opera obstetricum imploratione*, Exod. 1.v.16. Sic Diabolus haereticis obstetricibus progenitos liberos spirituales occidere nititur, Matth. 23.v.15.

3. *Aperta persecutione*. Pharao namque aperto Marte Israelitas pressit: Sic Diabolus ferro & armis Ecclesiam per Tyrannos suos persequitur, Matth. 23.v.34. aplos illos, Psal. 80.v.14.

4. *Superbia demonstratione*. Quis est Dominus? Exod. 5.v.2. ajebat Pharao; sic Diabolus altô superciliosum humile Christum regnum spernit in hoc seculo, donec tandem ipsius plenè aboleatur in altero, 1. Cor. 15. Contemptus hujus exemplum est, Marc. 6.v.3.

5. *Nominis ratione*. Pharao 1. *Dissipantem* notat; Sic Diabolus hominum mentes per discordiam dissipat: Pacifici enim sunt filii Dei, Matth. 5. v. 9. Ergo non amantes pacem sunt filii Diaboli. 2. *Denudantem*, Luc. 10.v.30. Confer etiam Ezech. 16.v.3.4.5. seq.

6. *Interior & excisione*. Tandem Pharao excisus, in mari rubro submersus: Sic Diabolus in judicio penitus, in mari rubro damnationis, submergetur, Apoc. 19.v.20.

7. *Fraudis machinatione*, Exod. 1.v.10. Sapienter opprimamus Israel, ne bello ingruente addatur inimicis nostris, expugnatisque est terra egrediatur: Ita Sata-

v.34. Dm
prædame
ebementia
m, unde d
mque fzm
ens vocim

utaerem
I. Ita Di-
n, maliti-
filius Du-
peccati in
tinefatio-
n Basilio
u ejus pe-
tantum ii
Verum
v.7. Mo-
u picem

ci intro-
sepulchi-
ns, Sata-
fa. II. v.8
Ita & Sa-
tanias

Satanas contra verum Israelem , pios scilicet , fraudes machinatur ; ut eum opprimat , ne addatur iniurias ipsius; angelis bonis, in die judicij, & è terra mutidi egrediatur.

8. *Afflictionis multiplicatione per præpositos*, Exod. 5. v. 6. Satanæ præpositus mundus est , operas exigens has à veris Israelitæ, ut Pharaoni infernali , in hoc mundo , edificent domos thesaurorum ; cum tamen sciant , veros thesauros solum in Deo esse , veramque dominum in cœlo, Jer. 10. v. 16. Psal. 119. v. 56. 98. Matth. 6. v. 20. 21. Luc. 12. v. 33. Spernamus igitur thesauros mundi cum Mose, Hebr. 11. v. 26. Jac. 5. v. 3. Verum thesaurum nobis collegit pater verus , Luc. 18. v. 22. hunc omnis colligat filius verus.

9. *Operarum impositione*. Luti & lateris operibus exercabantur Israelitæ, Exod. 5. v. 7. In hoc mundo veramur , circa lateres , uno verbo : *mundianitates* , & humanarum rerum *fragilitatem* , quam lateres significant , vel *vilitatem* quam luctum. In has miseras , protoplastorum lapsu , nos Satan conjectit.

SATANAS DRACO.

166. Apoc. 32. v. 13. 1. *Ob sibilum & flatum contagiosum* , quem emitit ; aereque infecto , morbum pestilentem gignit : Ita suggestio Diaboli sibilus est , quo simulac animam inflat , eam inficit malo cogitationis veneno , & si accesserit delectatio consensuque peccati pestem inducit , Jac. 1. v. 14. 15. Sap. 2. v. 24.

2. *Ob morsum*. *Draco quoque morsu necem infert* : Sic Diaboli morsus mortem attulit , Sap. 2. v. 24. Rom. 5. v. 12.

4. *Ob venenum*. *Draco venenum habet in lingua* : Sic Diabolus Gen. 3. v. 1. curvetus vos ?

4.06

4. *Ob caudam: vim in canda habet Draco:* Ita canda Satanæ mors est, quâ ultimò nos pungit: Stipendum enim peccati mors est, Rom. 6. v. 23.

5. *Ob somnum rarum. Draco raro dormit:* Ita Diabolus semper vigilat, Luc. ii. v. 24. 1. Petr. 5. vers. 8. Apoc. 12. v. 12.

6. *Ob excæcationem. Draco excæcat Elephantes.* Sic Diabolus homines 2. Cor. 4. v. 4. Hanc excæcationem justō judiciō Deus permittit Esa. 29. v. 9. & 12. Sap. 2. v. 21. 1. Joh. 2. v. 11.

7. *Ob maris commotionem. Draco mare commovet:* Ita Diabolus impios, qui sunt sicut mare, Esa. 57. v. 20. movet ad quævis sceleræ; Tyrannos instar maris effervescere facit, Ps. 46. v. 4.

8. *Ob cristas. Dracones enim cristas habent, autore Plinio. Diabolus cristas superbiæ habet;* has Christo cristas ostentavit, Matth. 4. v. 9. si adoraveris.

8. *Ob serpentorum ovorum haustionem. Dracones ova haurire, ex Plinio discere est. Homines impii serpentes sunt, generosa proles & semen serpentis,* Gen. 3. v. 15. Pariunt & hi ova, hoc est, mala opera, quæ haurit infernalis Draco ille, operibus tenebrarum gaudent Esa. 59. v. 5.

10. Addo ex Plinio unum: plana & plena fides apud Plinium esto lib. 37. cap. 10. historiæ naturalis. E cerebro Draconis fit gemma Dracontia, sed vivi mactati & occisi, invidiaque citio morientis; quando primum medicamenta soporifera eum fefellerunt. Nobis cerebrum, vel sapientia infernalis Draconis venenosa fuit & extialis in lapsu Adami, sed CHRISTUS per mortis propria somnum, soporem injectit huic Draconi, vivum mactavit, caput contrivit, praecedit, ex nostro lapsu meras gemmas produxit, omnia restituens, con-

sum-

CAPUT IV.

summative in altera vita, cuius gloria gemmō appara-
tu scribitur, Apoc. 21. v. 19.

ABIMELECH EST IMAGO

malitiæ Satanicæ, Jud. 9.

vers. 53.

167. Regnum affectabat Abimelech. 1. Affectavit etiam regnum super genus humanum Satanás, quia ejus invidiā mors intravit in mundum, Sap. 2. v. 24. mors regnavit. Rom. 5. v. 12.

2. At idem tyrannus lapide percussus interit, Jud. 9. v. 53. Ita & Satanás pessundatus est à lapide angulari, Eph. 2. v. 20. Luc. 20. v. 18. percussus est, contritus est, Gen. 3. v. 16.

3. Morte aliorum ad regnum sibi aditum fecit Abimelech: morte protoplastrorum regnum suum stabilitv Satanás, sibiique per mortem aditum fecit ad regnum suum tenebrarum.

4. Hujus Abimelechi infernalis frāudes declinamus.

1. Civitatem mundi relinquendo, ut Thebezani fecerunt, v. 51. d. l.

2. Ad veram turrim configiendo; hoc est, nomen Domini, Prov. 18. v. 10. Psal. 61. v. 4.

3. Januam cordis custodiendo, ne eam pravæ volupitates irrepant.

4. Hostes intecto, ut vigilantes, observando, ut typicē v. 51. d. l.

SATANAS DRACO

rufus.

168. Apoc. 12. v. 3. 1. Ob sanguinem Ecclesiae, quem cruentas excitando confusiones effundit. Ipse enim homicida est ab initio. Joh. 8. v. 44. & Caini pater, qui Abelem justum occidit, 1. Joh. 3. v. 12. Gen. 4. v. 8. Timea-

DE ANGELIS.

III

Tineamus ergò Draconem hunc rufum , sanguinem nostrum instar leonis rugientis fitientem , 1. Petr. 5. v. 8. & temporis pretium ponentem , Apoc. 12. v. 12.

2. *Ob igneum furorem* , quo erga nos inflammatus est , ex quo meritò rufus dicitur.

3. *Ob damna multiplicia* , qualia ignis infert , cuius ille refert colorem Draco : dicitur πύρις d. l. Apoc.

4. *Ob mysticam significationem*. Ob ferculum rufum vendidit primogenitutram Esau Gen. 25. v. 30. & 33. Talis est Satanus , ob peccatum à jure filiorum Dei rejectus . Nah. 2. v. 3. Clypei Chaldaeorum igniti sunt : Chaldaëis infernalibus clypeus fidei opponendus , Eph. 6. v. 13. Cum nos terrant , & tela sua ignita vel dentes ostendit Draco hic rufus . Possunt & alia applicari , ut

5. Draconis magnitudo & vastitas , quæ notare potest Diabolopotentiam & vires . Vide D. Frantz. pag. 746. seq. animalium hist.

6. Morsus Draconum non magnum statim infert dolorem : Ita Diaboli insidiæ non statim patefiunt , & dulcis videtur ad peccatum sollicitatio.

7. Carminibus hominum delectatur Draco : Carmina hominum sunt sermones impii , spurci , impudici , Eph. 5. v. 4. his Satanus delectatur.

DIABOLUS EST COLUBER

tortuosus.

169. Esa. 27. v. 1. visitabit Dominus super Leviathan serpentem veltēm & super Leviathan tortuosum : hic est Satan.

1. *Ob errorum , quibus homines effascinat , varietatem* : hinc illa hæresium plus quam Lernæa monstrositas , omnibus Ecclesiæ seculis.

2. *Vitiorum multiplicitatem*. Tortuosus enim co-

H luber

CAPUT IV.

Iuber ille multis vitiis tortuosis homini insidiatur; in modo cum per viam tortuosam honoris, modò opum, modo voluptatis in suos anfractus deducere satagit: Hæc enim omnia à Diabolo sunt, quia à mundo, 1. Joh. 2. v. 16. hujus autem princeps est. Joh. 14. v. 30.

3. *Decipiendi calliditatem*, de qua 2. Cor. 11. vers. 3. 1. Thessl. 3. v. 5. Eph. 6. v. 11. *

4. *Latrocinandi commoditatem*: In viis namque tortuosis commodior latrociniorum ratio est. Ita in tortuosis mundi viis latet serpens Diabolus, & feliciter latrocinia exercet.

5. *Terriculamentorum objectionem*, quæ facilis in viis anfractuosis: Hinctot generatentationum.

DIABOLUS EST Pardus.

170. 1. *Ob singularem in oculos humanos furorem*, quo Pardus in oculos hominis fertur, teste Basilio: Ita Diabolus furit in oculos hominis corporales, concupiscentias mundanas instillando, 1. Joh. 2. v. 16. Spirituales effascinando Eph. 4. v. 25. 2. Cor. 4. v. 4.

2. *Ob pellis varium colore*, Jerem. 13. vers. 23. Ita Diabolus in varias formas se transmutare potest.

3. *Ob astutiam*. Caput enim deforme occultat, ungues diligentissime custodit Pardus. Reliqua membra animalibus ostendit: Sic Diabolus caput serpentinum occultat, ne agnoscatur, verus ille coluber. Apoc. 12. v. 12. sed postea insilit, sicut Pardus, in pulchritudine sui captis apparet. Sic olim se captos conquerentur impii, Sap. 5. v. 6. *Erravimus à via veritatis, & justitia lumen non luxit nobis.*

4. *Coloris suavitatem*, quæ in Pardo esse scribitur: sic Diabolus sæpè in angelum lucis se transformat, & suavem

DE ANGELIS.

113

Suavem odorem emittit, cum intus fœtor plurimus sit.

Suavis ille odor Diaboli est

1. In mundo scandaloso.

2. In concupiscentiae nostræ incendio pernitoso.

3. Lingue rationem, quæ instar limæ paulatim absurmit, qualis pardo esse scribitur: Ita hæresis, lingua Diaboli, paulatim animam consumit, conficitque, Matth.

23. v. 15. *Facisti eum filium Gehennæ.*

SATANAS CHRISTUM, ET

quæ Christi, nescit.

171. *Rex novus in Aegypto, qui Josephum ejusque familiam non noverat, extinxit, Exod. i. v. 8.* Talis est Satanás, qui est Rex in Aegypto hujus mundi Eph. 6. v. 14. qui Christum ignorat, ejusque familiam spiritualem, Eph. 3. v. 15. Hinc persecutiones tot movet, Matth. 23. v. 34. Joh. 16. per tot, Matth. 16. v. 18. portæ inferorum non prævalebunt. Ergo pugnam antè tentarunt.

DIABOLI STUDIUM.

172. *Terram perambulasse dicitur Satanás, Job. i. v. 7.* Terra hæc est mundus, quem Satanás perambulat, sicut leo rugiens, I. Petr. 5. v. 8. *Draco furens, Apoc. 12. v. 12.* latro querens, Joh. 8. v. 44. bestia discurrens, Luc. 11. v. 24. Cur perambulat? nisi ut dilaniat, sicut leo, veneno perimat, ut Draco, occidat, ut latro, discerpatur, ut bestia.

DIABOLUS PERPETUIS CON- scientiæ furiis agitatur.

173. *Quarit requiem & non invenit, Luc. 11. v. 24.* Hic Satanás irrequietus Spiritus perpetuis malæ conscientiæ stimulis agitatur, ob iratum judicem Deum. Idcirco & ipse irâ plenus ad homines descendit, ut eorum pernitie aliquam requiem sibi conciliet, Apoc. 22.

H 2

v. 12.

v. 12. sed frustra quærit, requiem non inveniet; sola enim vera quies omnium creaturarum in solo creatore Deo.

DIABOLUS SEMPER inimicus.

174. *Mons Seir dicitur perpetuus Israelitarum inimicus.* Ezech. 35. v. 5. Hic est Satan, qui perpetuus verorum Israelitarum inimicus, Matt. 13. v. 25. v. 6. ibid. hunc montem sanguis dicitur persequi: Hic est Christi, cuius sanguis fortius clamat, quam Habelis, Hebr. 12. v. 24. & martyrum, cum ad vindictam sui sanguinis Deum provocant, Apoc. 6. v. 10. Hujus inimicitia semina in Paradiso sparsa, posteà longè lateque disseminata sunt.

SATANÆ ΕΠΙΧΑΙΡΙΚΑΚΙΑ.

175. Ezech. 32. v. 31. *Consolatus dicitur Pharaō de multitudine interfectorum.* Infernalis Pharaō Satanas est, nam Pharaō significat dissipatorem: Talis est Satanas, omnia dissipans, Deus confusioñis est Satanas, sicut contrā verus Deus ordinis, 1. Cor. 14. vers. ult. Gaudet ergò in inferno de multitudine pereuntium, sicut Angeli de salute pœnitentium, Luc. 15. v. 10. Deut. 30. v. 9.

POTENTIA SATANÆ magna.

176. *Clypeus Goliath,* 1. Sam. 17. v. 6. æreus erat, quo humeros tegebatur. Hastile ingentis magnitudinis est imago potentiae Satanae, cuius arma formidinem incutient, *Clypeus ergo fidei arripiendus est,* Ephes. 6. v. 16. & contemendum est hastile, hastâ fratâ mortis. 1. Cor. 15. v. 55. 2. Sam. 23. vers. 21. in Banaja præfiguratum. Nobisque hasta Saulis infernalis declinanda,

da, ut Jonathan, 1. Sam. 19. v. 10. fecit, ipse suâ periit ha-
stâ Satan, ut Saul 1. Sam. 31. v. 6. quando eum Christus
interfecit morte suâ, 1. Cor. 15. v. 55.

DIABOLI FRAUDULENTIA & mundi.

177. *Delila didicit, in quo sita fortitudo Simsonis,*
Jud. 16. v. 15. eo fine, ut captum Simsonem in manus tra-
deret Philistinorum. Talis Delila Satan est, & mundus,
ille leno spiritualis, hic scortum, ad fornicandum post
alienos Deos. Hi sunt concupiscentia oculorum,
carnis, superbia vitae, 1. Joh. 2. v. 16. Quod ut effici-
at, vires uniuscujusque probè cognoscit & variis concu-
piscentiæ objectis blanditur, 1. Joh. 2. v. 16. ut captos
in manus infernalium Philistinorum tradat, 2. Tim. 2.
v. ult.

PIETATEM SATAN impedit.

178. *Jerobeam non permisit populum Israeliticum*
Deo Hierosolymis cultum præstare, 1. Reg. 12. vers. 28.
Ita Diabolus impedit spiritualem ascensum ad Eccle-
siam & pietatis exercitium. Sæpè internam mentis quie-
tem & pacis visionem turbat, ut cultum precationis
impedit. Diabolus autem verus Jerobeam.

1. *Nomine.* Jerobeam significat populi auctorem,
sive eum, qui auget populum. Talis auctor in Paradi-
so Satanas videri voluit, suadens defectionem, hoc ar-
gumento, fore, ut divinâ scientiâ protoplasti augeren-
tur, Gen. 3. v. 24.

2. *Conditione.* Jerobeam servus fuit Salomonis,
postea Israëlis hostis factus est, 1. Reg. 11. vers. 26. Ita
Diabolus primò Dei servus fuit, in innocentia adhuc
permanens: postea ejusdem factus est inimicus, Joh.

H 3 8. v. 24.

8. v. 44. & Israelitarum verorum, hoc est, omnium piorum.

3. Idololatriæ institutione, 1. Reg. 12. v. 28. Jerobeam excoigitato consilio, fecit duos vitulos aureos & dixit: nolite ultra ascendere in Jerusalem? Ecce Deus tuus Israhel. Ita Satan omnis idololatriæ autor, semper ejus semina sparrit

1. In Ethnicis, quos superstitionibus,

2. Judæis, quos hypocrisi,

3. In malis Christianis, quos falsâ Christianismi specie & falso & cultu Idololatrico Antichristianæ turbæ dementavit. Vel duos illos vitulos non malè de odio Dei & proximi intellexeris.

4. Manus refattione, 1. Reg. 13. v. 4. cum virum Dei comprehendendi voluisse Jerobeam: Ita Diaboli manus protinus exaruit, quando eam Christo injecit, tentando, cumque cruci suffigendo Matth. 4. vers. II. 1. Cor. 15. v. 55.

5. Seminis Jerobeam extirpatione, de qua 1. Reg. 15. v. 29. Ita omne Diaboli semen, peccatum, mors, impii in judicio extremo planè exscindentur & in lacum illum piccum projicientur, Apoc. 20. v. 14.

DIABOLUS INSIDIATUR

omnium saluti.

179. Decipula in semita posita esse dicitur impiis, Job. 18. v. 10. Decipula illa Satanas est, qui malis, impiis, probisque simul, decipula est super viam; Illos indurando & decipiendo, per socios, Psal. 141. vers. 9. Jer. 5. v. 26. hos tentando & ad malum pelliciendo, 1. Thessl. 3. v. 3.

EDUCATIONEM PIAM

impedit.

180. Pharaon graviter tulit Aaronis Mosisque posse

possumus, Israëlitas ex Aegypto educere volentium Exod. 5. v. 2. Ita Diabolus graviter fert, si pii parentes liberos suos piè educare, & exservitio Diaboli, in quod proni sunt, 2. Tim. 2. v. 22. educere satagant. Verè enim mundus hic malè educatis est Aegyptus, in qua frustra illi servient Diabolo, in peccatorum luto se volventes & servientes. Bona vero educatio facit homines pietate & virtute Deo liberè servientes, mundi servitium alpernantes.

ORATIONEM IMPEDII

Satanas.

181. *Sicut Holofernes aquæ duclum Bethulia incidi curavit, Judith. 7. v. 6. Ita Satanas orationem impedit sàpè, ut divini solatii fluenta deficiant. Deficiunt verò, cum per negligentiam precum, verba illa melliflua, Pater noster, non reficiunt. Verè enim precatio fidelis est instar aquæ ductus: nam cum in arida hujus mundi cremo nullatibi aqua solatii est, adi aquæ ductum precum, & senties, quanto te Deus solatiō protinus sit refecturus, Psalm. 77. v. 3. David hujus consilia autor.*

DIABOLI IMPERIUM IN
hoc mundo.

183. *Domus Babylonis Draconibus impletæ dicuntur, Esa. 13. v. 22. Domus autem Babylonis mundus est, in quo infernalis ille Draco regnat, Apocal. 12. vers. 9. Ille est princeps mundi, Joh. 14. v. 30. cap. 12. vers. 31. cap. 16. vers. 11. princeps aëris, Eph. 2. vers. 2. Dominus mundi, Eph. 6. vers. 12. qui in mundo est, i. Joh. 4. vers. 4. ideo hanc domum suam imperio premit, malitia ædificat.*

H 4

SATA-

SATANÆ INSIDIAS DEPINXIT
in scripturis Deus.

184. *Eliseus regis Syriae insidias detexit regi Israel,*
z. Reg. 6. v. 9. & 10. Magnum hoc erat Dei beneficium erga populum suum. Multò majus est, quod infernalis hostis insidias spirituales nobis depinxit in scripturis, ut eas cavere possimus, z. Corinth. 2. v. 11. Hinc παντοπλίαν spiritualem per Paulum suppeditavit. Eph. 6. v. 13. & Satanam tanquam Leonem rugientem cavere jussit. 1. Pet. 5. v. 8. tanquam tentatorem, 1. Thessl. 3. vers. 5. nosque cibrare volentem, Luc. 22. vers. 31.

POENITENTIAM IMPEDIT
Satanas.

185. *Pharao populum dimittere nolebat, ut sacrificaret in deserto,* Exod. 10. v. 11. Talis est Satanus, qui semper sacrificia spiritualia piorum impedire satagit, sive per paenitentiam dilatam, cordis contriti; quod est acceptum Domino sacrificium, Psal. 51. v. 19. Esa. 57. v. 15. cap. 66. v. 2. sive beneficia, (ut Philip. 4. v. 18.) negligentiam, ut in Nabale, 1. Sam. 25. sive laudis & gratiarum actionis, Hebr. 13. v. 15. cum divinorum beneficiorum memoriam oblivione deleri facit in impiis.

DIABOLUS SCANDALIS
excusat.

186. *Molochidololatra tympana tetigere, ut infantium vagitus non audiretur.* D. Luther. in glossis marg. cap. 7. Jerem. Exempla mundi scandalosa sunt Diaboli tympana, quibus velut inflamat peccantium animos. Ita scandalosus mundi exemplis Satan sibi devotorum animos obtundit, ut conscientiae clamorem

remonstrat
fomentum
DIABOLI
185. P
cautela
augustin
verbum D
te non con
Luc. 8. 12
di meub
fermancare
DIABOLI
186. I
Moloch
arma ex
salutis g
Caveant
187. I
intra
v. f. Ita
conversion
est, quo p
Neudeu
venimus.
DIA
188. N
van Human

rem non attendant, Rom. 2. v. 15. Sed mundo sese conformant, quod vetat Apostolus, Rom. 12. v. 2.

DIABOLUS VERBUM E CORDIBUS

ad 12
securorum eripit.

187. Princeps pistorum in somno sibi gestare visus est canistra farina, avesq; ex iis comedere; Unde Joseph augurium de suspendio fecit. Gen. 40. v. 19. Ita qui verbum Dei, canistrum illud spirituale, solum in capite non corde gerunt, aves infernales eripiunt illud. Luc. 8. v. 12. Ipse etiam auditor negligens æterni suspensions mactabitur supplicio: Ubi Diabolus carnifex, infernus carcer.

DIABOLUS ARMA SPIRITALIA

nobis excutere laborat.

188. 1. Sam. 13. v. 22. Philistini omnia arma ex Israël abstulerunt. Ita Satanæ spiritualibus Israelitis arma excutere laborat, verbi gladium, fidei scutum, salutis galeam, ocreas Evangelii, ex Eph. 6. v. 12. seq. Caveant ergo sibi milites Christiani.

DIABOLUS SEMEL CAPTOS

nou facile dimitit.

189. Gileadite Ephraimæos debellantes, omnes transitus Jordanis occupaverunt, ne qui effugerent. Jud. 12. v. 5. Ita Satanæ debellans animam, omnes transitus conversionis claudit. Conversio autem vera transitus est, quo per mare hujus mundi ad Deum transimus: Ne ad Deum transeamus, Satan impedire laborat: cavemus.

DIABOLUS NOSTRO INTEGRITU

delectatur.

190. Non nisi suspensi Mardocheo animam exhibilare Haman potuit: Esther. 5. v. 13. ita Satanæ nunquam,

quam, nisi pereuntibus nobis, latatur: unde pios cri-
brare conatur, *Luc. 22. v. 31.*

DIABOLUS NON, NISI OB peccata, nocere potest.

191. *Jud. 3. v. 12.* *Eglon confortatus est contra filios Israël, malum facientes.* Satan a talis est Eglon, qui ob peccata hominum potestatem accipit in homines, eos divexandi, *Matth. 12. v. 43.* *2. Petr. 2. v. 20.* Sic peccatis Israëlitarum succensus Jehovah, Satan permisit incitare Davidem ad numerandum populum, *1. Chron. 21. v. 1.* Caveamus ergo peccatum, ne Diabolus in nobis inveniat jus & reatum.

DIABOLUS IN FINE MALI- tiam ostendit.

192. *Job. 40. v. 12.* *Stringit caudam, sicut cedrum Behemoth.* Diaboli imago, qui adveniens primò suavit blanditur; *Gen. 3. v. 5.* At abiens caudam strin-
git, hoc est, malitiam & versutiam suam exferit omnem. Hoc pīs etiam contingit in ultimo mortis articulo, quo serpens ille stygius virulentam in tentationibus caudam stringit. Hæ sunt caudæ scorpionis, *Apoc. 9. v. 10.* aculeatæ; sed illud sit solatio, quod caput contritum illi sit, quod Dominus caudam illis, sicut Moses *Exod. 4. v. 4.* sit apprehensurus nosque defensurus, ne ex manibus Christi eripiamur, *Joh. 10. 28.* *Terroris* hoc sit impīis, qui concupiscentiis patris, *Joh. 8. 44.* morem gerentes, ni resipiscant, magnō suō malō sentient ultimum Satanæ impetum, in hora mortis inchoative, in inferno comple-
tive, sine ullo tamen fine & complemento. Terrori hoc Stoicis illis, qui universalem Dei misericordiam & Chri-
sti meritum pernegantes, olim sentient, niresipiscant,

cau-

caudam hujus Behemoth, cum cor patris misericordia
universali circumfluentis, denigrare voluerint.

DIABOLUS MUNDI DELITIIS deditos opprimit.

193. *Sichem Dinam, filias regionis visuram, oppres-
fit, virginitatis florem abstulit, Gen. 34. v. 12.* Sichem
princeps terræ Satanæ est, princeps mundi & rector
tenebrarum, Eph. 6. v. 12. Dina animam carnalem
notare potest. Filiae terræ sunt hujus mundi volupta-
tes, 1. Joh. 2. v. 16. quas cum visere volunt homines,
iisque se addicere, confestim eos Satanæ opprimit, in
suum amorem pelliciens, virginitatis spiritualis florem,
Christo, ut Sponso, Ose. 2. v. 19. debitum, 1. Cor. 11. v. 2.
Apoc. 14. v. 4. aufert, & ad spirituale divortium adigit.
Has ergo terræ filias aversemur: hujus enim terra fi-
liae sunt, non cœli, ex quo ejectæ, Gal. 5. v. 19. Terræ
filiæ sunt, quia terrena sapiunt, Phil. 3. v. 19. Harum
voluptatum deus venter est, quod humi serpunt, ut
serpentinam naturam referant, terram comedant, ty-
picè Gen. 3. v. 14. Hic venter impletur bonis terrenis,
Psal. 17. v. 14.

DIABOLUS MENDAX PRO- missor, tentator.

194. *Rabsace terram similem promittebat Israeliti-
nis, quantamen dare non poterat; sed ut magnificis pro-
missis eos ad deditonem pelliceret, Esa. 63. v. 17.* Diabo-
lus Adamo primo: *Deo eris similis Gen. 3. v. 5.* Adamo
secundo: *Hec omnia tibi dabo, Matth. 4. v. 9.* sed haec
sunt mendacia promissa, mendacis Spiritus Johan. 8.
v. 44. Similis mendaci Propheta, qui virum Dei à
via prescripti abduxit, mentiens ei, 1. Reg. 13. vers. 19.
Rabsace significat principem deosculatum. Diabolus
est princeps deosculans nos, & ad defectionem à Da-
vide

CAPUT IV.

vide nostro Christo, invitans, ut 2. Sam. 15. v. 5. Osculum hoc præbet per mundi delicias: Cave, sis apis; osculum enim osoris est, Prov. 27. v. 6. Rabasce pincerna erat; Diabolus poculum vertiginis & spiritualis scortationis in manu habet, quod per meretricem suam mundum propinat. Non ergo fidem habeamus huic Spiritui, vel ejus afflatu perculsis, 1. Reg. 22. v. 11. qui signa mendacia proferunt, 2. Thess. 2. v. 9. quorum pars in inferno erit. Apoc. 21. v. 8.

DIABOLUS FUGIENTES
persequitur.

195. Laban Jacobum fugientem persecutus, non item servientem: Gen. 31. v. 23. Ita Diabolus, non servientes sibi persecutus, sed fugientes instar venatoris, qui feram, retibus se ingerentem, non insequitur, fugientem persecutus, ut capiat, necet. Hinc Psal. 91. v. 3. venator dicitur.

DIABOLUS SPOLIAT
peccatorem.

196. Nebucadnezar vas a templi abstatuit, eaq. translit. Babylonem. 2. Chron. 36. v. 17. Ita Diabolus, postquam animam, tanquam Dei templum, ob peccatum derelictum Osc. 9. v. 12. capit & ingreditur, Luc. II. v. 24. spiritualia aufert, & homines occidat, 2. Cor. 4. v. 4. in regnum suum transfert, quod est vera Babylon.

1. Nomine. Babylon confusionem significat: In regno Satanæ mera est confusio: Unde illud Scriptura regnum tenebrarum nominat, Eph. 6. v. 12. 13.

2. Potentiâ. Babylonie regnum potens erat: Jerem. 51. v. 20. Regnum Diaboli potentissimum, Eph. 2. v. 2. cap. 6. v. 12.

3. Tyrann-

3. *Tyrannide.* Babylonis regnum plenum Tyrannie, vide supra Jerem. 51. vers. 20. Tyrannus saeviens Diabolus, corpus animamque perdens: Sap. cap. 5. vers. 6.

4. *Magnitudine.* Magna Babylon urbs fuit. Magna Satanæ urbs est immundus mundus. Eph. 6. v. 13. Ioh. 2. v. 16.

5. *Spirituali inebriatione.* Apoc. 17. v. 6. Inebriare dicitur Babylon in regno Satanæ. Spiritualis scortatio inebriatio est: Unde difficulter ad sobrietatem redire spiritualiter ebrios, dicit Apostolus, 2. Tim. 2. v. ult.

6. *Captivatione nostri.* Dum enim adhuc in mundo sumus, ad aquas Babel sedemus, Psal. 137. v. 1. ut olim Israëlitæ in Babylone captivi tenebantur.

7. *Interitum.* Tandem cecidit Babel, Esa. 21. vers. 9. cadet & Satanæ regnum. 1. Cor. 15. v. 55. seq.

DIABOLUS SEDUCENS AD peccandum moro arboris similis.

197. *Morus arbor* primò fructus *albos profere*, qui tandem *rubescunt* & postremò *nigrescunt*. Talis arbor Satanæ est, cuius fructus peccatum primò album apparet, & sic levitate blanditur: Jacob. 1. v. 14. per malos socios Prov. 1. v. 10. Syrach. 2. v. 2. postea rubescit; unde peccata coccinea ac rubra vocantur, Esa. 1. v. 18. Tandem nigrescunt planè, cum conscientia nos accusat, Deum nigrum & formidabilem pingens, nisi curata albescant. Esa. 1. v. 6. & nive candidiora fiant, Ps. 51. v. 9.

DIABOLUS HOMINES seducit.

198. *Puteos Abrahami terrā impleverunt Palæstini*, Gen. 26. v. 15. invidiâ felicitatis Isaaci impulsí. Talis invidus Satan est, Sap. 2. vers. 24. qui fontem animæ vel

CAPUT IV.

vel cordis terrenis curis implere annititur, Luc. 8. v. 14. crapulâ, Luc. 21. v. 34. hi sunt terrena sapientes, Phil. 3. v. 19. idque tum maximè agit, cum pios in cursu pietatis alacres animadvertit, florescere videt. Ita Davidem ad adulterium, & populi numerationem impulit, 2. Sam. 11. & cap. 24. Petrum ad abnegationem, Matth. 26. *Cordis itaque fontem hunc nostri diligenter custodiamus, virtute Spiritus Sancti muniamus, lapidem verum Christum ori ejus obdamus;* ne impurus reddatur à Satana impuro, aut membris ipsius, impuritatilitibus.

TENTATIONES DIABOLICÆ.

199. *Satanas Jobum ulceribus percussit,* Job. 2. v. 7. Sic conscientiae ulceribus pios percutit; quando corda illorum telis ignitis, Eph. 6. v. 16. vulnerat. Ita, ut coram Mose, Lege, stare nequeant, ut Exod. 9. v. 11.

TENTAT DIABOLUS MAXIME, CUM
bonum opus constituimus facere.

200. *Pharao Israelitas maximè tentabat, cum ex Aegypto egredi vellent,* Exod. 5. v. 3. Ita quoties à malitia ad pietatem nos convertimus, Diabolus impedire annititur, 2. Cor. 6. v. 16. cap. 11. v. 3. 1. Thess. 3. v. 5.

SATANAS TENTATOR
semper est.

201. Apoc. 12. *Satanas ter Draco dicitur* (imò sibi hoc nomen repetitur) *ad indicandam, tentandi nos & divexandi, indefessam diligentiam.* Draco enim est

1. *In vita principio:* Simulac enim usus rationis se exerbit, tentat nos, ut per enormia delicta, foedifragos

gos faciat, voluptatibus juvenilibus nos immergit, quas fugere monet Apostolus, 2. Tim. 2. v. 22.

2. In medio vita tentare non desistit: Est enim velut leo rugiens 1. Pet. 5. v. 8.

3. In vita fine non cessat tentare, ut animam eripiat eam in desperationis barathrum præcipitet & aculco mortis suo pungat. 1. Corinth. 15. Sancti ergo angeli adsunt, ut animam in sinum transferant Abrahami, Luc. 16. v. 22.

DIABOLUS TORTOR

malorum.

202. Zedekias Babylonem captivus abductus est, ejus milites dispersi, filii necati, ipse quoque orbatus oculis est, catenisq. ligatus, 2. Reg. 25. v. 5. 6. seq.

Tristissimus hic est peccatorum status, qui, impletâ iniquitatum suarum mensurâ, Gen. 15. 16.

1. In judicio extremo à Satana obfidine cingentur, fugam tentabunt.

2. Sed non effugient velut Zedekias, Apoc. 6. v. 16. Verum potius

3. Dispargentur omnes iniquitatis orbe regni, Ps. 1. v. 5.

4. Oculis orbabuntur, cum in tenebras exteriore projicientur, Matth. 8. & catenis tenebrarum, cum principe earundem, ligabuntur Jud. Epist. v. 7. & velut lapide alligato in abyssum inferni projicientur Jerem. 51. v. 63. quia peccata impiorum in terra & celo ligata Matth. 18. v. 18. Hinc ligati pedes, manus, Matth. 22. v. 13. præcipua malitiæ organa.

SATANAS IN ANGELUM

lucis se transformat.

203. Sicut fulgur de celo decidens, Satanus visus est Christo, Luc. 10. vers. 18. Hæc est Satanæ hypocrisis, quæ

CAPUT IV.

quâ se sicut fulgur & verum lucis angelum simulat.
 2. Cor. 11. v. 14. Sed est tantum sicut fulgur, speciem
 habet saltem externam. Hinc Christus dicit; *Vidi sicut*
fulgur cadentem Satanam. Hoc fulgur brevi discuti-
 et Dominus in die judicii, ne amplius pios, in tentationi-
 bus, perterrefaciat, cum ab omni malo liberabimur.
 2. Timoth. 4. vers. 1. De his fulguribus, Psal. 18. v. 13.
 Psal. 77. v. 19. in tentationibus, micantibus.

SATANAS IN ANGELUM
lucis se transformat.

204. Jer. 41. v. 6. *Ismael plorando* 80. viros dece-
 pit, callidè simulans, nequam & sanguinolentum ani-
 mum occulans. Talis Ismael Satanas est, qui in occur-
 sum peccatoribus procedit, & ubi eos blandis verbis in-
 escavit, in peccati viam medium abducit, & animam oc-
 cedit. Hinc homicida ab initio. Joh. 8. v. 48. Animum
 autem sanguinis nostri fitientem occultat. Nam in
 Angelum lucis se transformare potest, 2. Cor. 11. v. 14.

DIABOLUS ADHUC
vexat pios.

205. Gen. 3. v. 16. *Christus contrivit caput serpen-*
 tis: Ergo adhuc corpus vivit, cum caput contritum
 sit: Membra adhuc hostiles exercent iniamicitias. Sa-
 tanæ membra sunt peccatum, mors, quæ in decretorio
 demum die funditus tollentur. 1. Cor. 15. v. 56. & to-
 tum corpus infernalibus flammis finaliter destinabitur,
 Matth. 25. v. 41. Apoc. 19. vers. 20. cap. 20. v. 10. col-
 lumque ipsum à Christo, ut caelesti 7osua, Josuæ 10. v. 24.
 pessundabitur.

SATANAS LEO.

206. 1. Petr. 5. vers. 8. *Satanas circumvit vos, tan-*
 quam

quam leo rugiens, quarens, quem devoret, Hic leo est Satanus.

1. *Ob fortitudinem & potentiam.* Num. 23. v. 24. Ita Diabolus fortis & potens est. Job. 4t. describitur ejus potentia prolixè.

2. *Excubias,* quas agit leo Gen. 49. v. 9. Psalm. 7. v. 3. Ita Diabolus agit excubias, 1. Pet. 5. v. 8. ut animas nostras rapiat.

3. *Securitatem.* Leo securus Numer. 23. v. 24. Ita Diabolus neminem timet.

4. *Predationem,* Deut. 33. vers. 20. Ita Diabolus protoplastos, & posteros spoliavit. Gen. 3. v. 6. nudos effecit, Ezech. 16. v. 7. Apoc. 3. v. 18. vestibus justitiae privavit, quas leo de tribu Iuda reddidit, Esa. 61, II.

5. *Rugitum.* Jud. 14. v. 5. Ezech. 22. v. 25. Ita Diabolus leo rugiens est, 1. Pet. 5. vers. 8. prædam animarum expetens, Luc. 22. v. 31.

6. *Mysticam significationem.* *Leonem rugientem occidit Simson.* Jud. 14. v. 5. seq. Et David 1. Sam. 17. v. 34. *oviculam rapturientem.* Ita Christus fortior Satanā, Luc. 11. v. 22. Esa. 49. v. 24. Amos 3. v. 12. verus pastor. *Benaja similem typum gessit* 2. Sam. 23. v. 20. *Leo Prophetam inobedientem in via occidit* 1. Reg. 13. vers. 24. Ita Diabolus Adamum in via inobedientiæ, Rom. 5. v. 12.

7. *Ob metum:* Leone in plateis discurrente, nullus non timet. Prov. 20. v. 2. Amos 3. v. 8. Ita Diabolus meritò metuimus, in hujus mundi plateis libero cursu grassantem, imd summa imis, quadrata mutantem rotundis.

8. *Confraktionem.* Leo omnia comminuit, etiam ipsa ossa. Esa. 38. v. 13. Ita Diabolus omnia terrore implet, frangit. Id maximè liquidum fit, ubi Diabolus hominem tentare incipit.

9. *Occultationem.* Occultat se leo. Thren. 3. vers.
10. Ita Diabolus latet post principia, ut fallat. 2. Cor.
11. vers. 2.

10. *Typicam præfigurationem.* Daniel in foveam leonum, sine suo damno, conjectus, Dan. 6. v. 22. Mundus est leonum fovea. Psal. 57. v. 5. quos tamen spernimus inulti, Psal. 91. vers. 13. licet in hac fovea simus, mundi scilicet, in qua leo homo, Psal. 7. v. 3. Psal. 10. v. 9. Ps. 22. v. 22. Ps. 35. v. 17. Psal. 57. vers. 5. leo Diabolus 1. Pet. 5. v. 8. nec tamen piis nocet homo vel Diabolus, quia utrumque vicit Christus, Joh. 16. vers. ult. *Confidite, ego mundum vici.* Domine Jesu, tu vicisti mundum, cur ego timeo in mundi fovea? Cur non triumphas, O anima? Vicit Christus mundum, non sibi, sed tibi.

11. *Furorem:* Hos. 13. v. 7. Leonum ira furibunda. Ita Diabolus fuit. Apoc. 12. v. 12.

12. *Dentes & ferociam.* Ita Satanæ dentes sunt ignita tela. Eph. 6. v. 12. 13. lex, peccatum.

DIABOLUS EST VERUS

Leviathan vel cetus.

207. Job. 41. v. 20. Communis est sententia, à cassis negantium adhuc immunis, Diabolum hic significari.

1. *Ob negatam capturam.* Leviathan hamō non attrahitur, lingua ejus fune non constringitur: Nullō, nisi peccati hamō Satanus capitur, capitque homines, 2. Tim. 2. v. ult. ut infernalis ille venator, Psal. 91. vers. 3. Nullō fune lingua ejus constringitur; semper enim peccat, peccavit ab initio Joh. 8. v. 44. 1. Joh. 3. v. 8. peccabit, semper accusat, Apoc. 12. v. 12.

2. *Ob negatam servitutem.* d. l. vers. 23. Ita Satanus semper est impiorum Dominus; O servitatem peccati inquinatam, Rom. 6. v. 6. immundam! Rom. 6. v. 19. immun-

immunda namque conscientia & mens redditur, *Tit.*
tum 1. vers. 15. periculosa ; serviunt enim desideriis
contra animam, Gal. 5. v. 17. 1. Petr. 2. v. 11. Præterea
fædus nullum pangit cum impiis ; foedifragus enim est,
quamvis impi ratum fædus firmumque putent, Esa.
28. v. 15.

3. *Ob capitum magnitudinem, v. 26.* Caput notat
 Diaboli potentiam, regnum, robur : Hæc omnia ma-
 gna maximaque in Satana, unde Princeps mundi, Joh.
14. v. 30. potestas tenebrarum, Col. 1. v. 13. rector mun-
di & tenebrarum, Eph. 6. v. 12. fons omnis mali in mun-
do, 1. Joh. 2. v. 16. appellatur. Hoc caput Christus con-
trivit, Gen. 3. v. 16. quando Satan as in Christo nihil ha-
buit, Joh. 14. v. 30. Ille vero hujus regnum armis spiri-
tualibus exuit, Luc. 11. v. 22.

6. *Ob pugna peritiam, v. 27.* d.l. Jobi. Satan as pu-
 gnæ peritissimus, serpens ille antiquus & miles vetera-
 nus : Hoc cum quisquis pugnat, non vincit, nisi cœli-
 tūs defendatur : palmarum, coronam non accipit, nisi pa-
 nopliâ sacrâ, Eph. 6. v. 14. instructus, armisque militiæ
 nostræ spiritualibus, 2. Cor. 10. v. 4. munitus, hostem
 adoriat. Videas *O miles Christiane, ut pugnes recte, co-*
roneris gloriouse, 2. Tim. 2. v. 5.

10. *Ob subitam fugam, v. 24.* Veros fidei oculos si in
 Satanam conjeceris, precum igni flammatos, confessim
 fugit Satan as, ut Matth. 4. v. 11. Reliquum Christum Sata-
 nas, 1. Petr. 5. v. 9. Jac. 4. v. 7.

3. *Ob magnitudinem & potentiam, v. 3.* Magnus est
 Diabolus consilio, fraudibus, opere ipsô potentiaque,
 quæ mundi Principem condeceret. *Munit palatiu-*
suum, Luc. 11. v. 21. si munit, magnus est ; Si palatiu-
m habet, potens est.

7. *Ob negatam vestis refectionem, v. 5.* Fraudes &

CAPUT IV.

mendacia Satanæ vestis sunt, quæ se angelum lucis coruscantem mentitur. Hanc fraudum vestem nemo hominum retegere potest, ob ingenitam mentis nostræ cæcitatem, & tenebrarum spiritualium, quarum Satan Princeps, affinitatem, Eph. 4.v.14.

8. *Ob dentium scvitiam, v. 4.* Satanæ dentes peccatum & concupiscentia sunt, quibus subinde mordet, momordit protoplastos, Gen. 3. v.3.4. Israclitas, Num. 11.v.20. Dentes potentiam quoque notant, furorem & indignationem, Psal. 37.v.11. vulnerability, Psalm. 37. v.11. Actor. 7.v.54. Psalm. 57. v.5. Hos dentes contrivit Christus, Satanæ percussâ maxillâ, summaque eodem ignominia affecto, Col. 2.v.15. Hi Satanæ dentes terribiles quoque dicuntur. v. 5. Terrorem scilicet incutit faux divaricata leonis illius rugientis, 1. Petr. 5. v. 8. canis illius, animarum nostrarum præda spirituali inhantis.

9. *Ob squamarum qualitatem: Dura enim instar scutorum sunt, d.l. Jobi. Ha sunt impi, duri corde: Con junctissima sunt;* atrium namque suum Satan diligenter custodit, Luc. 11.v.21. conjungunt impii operas, ubi Christus affligendus, ut Herodes & Pilatus, Ammonitæ, Philistæ, Psal. 83.v.7.8. Horum iniquitatis vincula Esa. 5.v.18. Prov. 16. v.5. Has squamas Diabol vulneret feriatque Spiritus gladius ille; susque deque fe rant tamen impii, quorum petrâ durior facies est, Jer. 5. v. 3. Has squamas ne ulla quidem auræ divinae gratia subintrare potest, Ioh. 14.v.17. & d.l. Iobi v.7. adeò enim arcta squamæ Diaboli, hoc est, impii obdurati & mali-itiâ velut compacti sunt.

10. *Ob oculorum conditionem, v. 9.* Instar auroræ oculi Satanæ sunt, cum angelum lucis se mentitur & specie boni improvidas hominum mentes occupat & in-

inescat. Sit summa: *Omnia, quæ in balænis & monstro-*
sis illis animalibus, quæ cete dicuntur, sunt, naturam
Diaboli aptissimè convenientissimeque exscribunt. Fa-
ces & flamma, v. 10. furorem, Apoc. 11. v. 12. 1. Petr. 5.
v. 8. quem & fumus significat. Anhelitus seductionis
pravitatem & infectionem. Collum potentiam & fero-
ciam indomitam, quâ cuncta gaudet pessundare. v. 13.
d. l. Membra conjunctissima malorum societatem, de
quâ Num. 9. in hac allegor: quaque impedit, quod mi-
nus regnum Satânæ in hoc mundo, cuius ille Princeps,
corruat: in die judicii demùm funditus tollendum,
1. Cor. 15. Cordis duriitia v. 15. pertinacem malitiam.
Terrorem denique summum incutiet in extremo judi-
cio, cum venia nullius locus dabitur. v. 16. Gladium
spiritus altô supercilium spernit, & quicquid est armorum
spiritualium, 2. Cor. 10. v. 4. Petram verbi divini super-
bus prætervchitur; nonnunquam mare totum mundi
suis velut convulsum sedibus commovet, Psal. 46. v. 4.
d. l. Job. v. 22. fluctibus Ecclesia navim opprimere ten-
et. Christo ad auxilium paulisper dormiente. Nemini
Satanas potentiam cedit, Rex ille superborum & Pater
superbiæ, 1. Joh. 2. v. 16.

ALIAS QUOQUE DIABOLUS

cum ceto comparari potest.

205. *Ob lusum in mari*, Psal. 104. v. 26. Ludit in
mundi hujus mari Satanas, fluctus decumanos in Ec-
clesiæ navigium projiciens. Id autem efficit per Tyran-
nos, qui alias passim Dracones dicuntur, Psal. 74. v. 13.
Deus confringit capita Draconum, Esa. 27. Ezech. 29.
v. 4. Hi autem cum non bene ludunt in hoc mari, Deus
amarum cum iis ludit, deque solio majestatis præcipi-
tes agit. Ita Pharaoni, Nebucadnezari, aliisque contigit
olim Draconibus.

I 3

2. Ob

2. *Ob dominium in mari.* In mundi hujus mari Satan Dominus: Homines Pisces; horum quosdam deglutit, 1. Petr. 5. v. 8. ad illius malitiam nonnunquam Deus connivet, Hab. 1. v. 13.

3. *Ob interitum.* Cetus ad littus appellens capitur. Ad littus appelle Diabolus, quiescentibus mudi fluctibus, peccato vitæ æternæ Sabbathō. Tunc capietur, caput plenè confringetur, allegor. Psal. 74. v. 13.

4. *Ob pinguedinem eximiam,* quâ usque adeò crescit, ut nec visus nec auditus satis suo fungatur officio. Duritie adeò pinguis factus Diabolus, ut nec videat, nec audiat. Impii non vident ea, quæ ad pacem pertinent. Luc. 19. v. 42. Si cognovissem, quæ ad pacem tuam pertinerent, nec audiunt verbum salutare. Hi sunt pingues illi spirituales, Psal. 22. v. 13. ipsis cetis stultiores, qui vulnerati littus petunt, amaritudinem aquæ non ferunt: Impii spiritualiter vulnerati, nec pœnitentiae littus petunt, nec aquam iniquitatis amaram esse sentiunt, nisi in inferno. Hinc aliam aquam petebat epulo Luc. 10. v. 24. *Mitte Lazarum,* ut intingat extrellum digiti sui in aquam.

5. *Ob incantam navium attractionem.* Si verum est, quod Jorach de anim. scribit: In dorso ceti pulverem colligi paulatim, collectum condensari, in quo fructices crescant, ita ut in star insulæ appareat. At si nautæ incutiens appropinquent, naves eorum planè subverti. *Portum & velut insulam in hoc mundo ostendit Satanus ipsum mundum.* Hec omnia tibi (inquit Satan) dabo, Matth. 4. v. 9. hoc est, ostendo tibi portum in mundo tutissimum. *Cave appropinques, subversionem tui molierat Satanus,* Luc. 22. v. 33.

DIABOLUS EST ELEPHAS.

Behemoth, Job. 40. v. 10.

209.

209. 1. *Ob eximiam potentiam*, quæ in lumbis ejus,
Elephantis puta. Satanæ potentia magna est, unde for-
tis & armatus dicitur, Luc. II. v. 21. Esa. 49. v. 24.
Gigas.

2. *Ob caudam magnitudinem*. Sicut cedrum extendit
caudam elephas, apud Jobum: d.l. Clava Satanæ est
peccatum & mors ad omnes homines hanc caudam ex-
tendit, quam Christus in ultimo die ei abscedet, I. Cor.
15. v. 55.

3. *Ob ossium duritatem*, quæ sunt instar æris & ferri:
Ita Satanæ robur cuncta vincit: Spernit æs & omne
ferrum.

4. *Ob escam*, quam ei montes suppeditant. Satanæ
mons mundi maledicetus ille Gelboa, escam spiritualem
subministrat, cum Diabolo servit. v. 15. d.l. Jobi. Ut
enim facere voluntatem Dei, est esca bonorum; Ita fa-
cere voluntatem Diaboli, est cibus impiorum. Confer.
Joh. 4. v. 34.

5. *Ob habitationis conditionem*, v. 16. *Dormit sub
umbra in secreto calami in locis humentibus*. In umbra
peccatorum & mortis gaudet ille faber mortis Satanæ,
lucem fugit. In *secreto calami & locis humentibus*,
hoc est, vanitati deditis cordibus, nec gratiam Dei si-
cientibus, sed mundi gaudiis humentibus habitat Sata-
nas immundus, Luc. 11. v. 26. cap. 5. v. 25.

6. *Ob occultationem*. Umbra umbram ejus protegit,
salices torrentis circumdabunt eum: Apud Jobum
d. l. Umbra peccati Satanam tegit, quam illustrans
lux verbi divini retegit Satanam. Eph. 5. vers. 13. Sa-
lices luxuriantia in seculo hoc pectora notare pos-
sunt. Talis salix erat epulo ille. Luc. 16. Sub cuius
delitiis Satanas occulebatur, machinans æternas tristi-
tias, de quibus idem dives conqueritur. cap. d. vers. 24.

7. *Ob fluminum absorptionem v. 18. d. l. Jobi.* Totum mundum absorberet, nisi Deus Satanam compesceret. Persecutionibus, velut flumine, sumpè Ecclesiam premit; Apoc. 12. vers. 15. *Jordanem tunc exhaustus mystice*, cum foedus baptismi, qui verus Jordan, (Vide de Baptis.) irritum nobis singit pingitur ob peccatum, aut cum semper post baptismum tentat, ut Christum, Matth. 4. v. 1,

8. *Ob capturam. v. 19.* In oculis capitur Elephas, ita ut infidias non animadvertis: In oculis propriis captus Satanus, per oculorum desiderium protoplastos capiens, Gen. 3. v. 6, quando Christus omnia restituit Satan non vidente, quantum in Christo bonum, Pater celestis repararet, Rom. 5. v. 12, 13. seq. *Elephas arboris innixus, anteà dissecre, corruit*, & ita capitur, non valens resurgere ob vastam corporis magnitudinem: Ille arbor Christus, crucis ferræ dissectus; huic Satan innixus corruit, Coloss. 2. v. 14. Ita quidem, ut resurgere possit minimè, 1. Cor. 15. v. 55, seq.

DIABOLUS EST LUPUS.

210. Joh. 10. v. 12. *Vider lupum venientem mercenarii.* Lupus ille Satanus est.

1. *Ob rapaciatem Gen. 49. vers. 27.* Significata: Diabolus rapit gloriam adorationis. Matth. 4. v. 9. verbum salutis è cordibus hominum, Luc. 8. v. 12.

2. *Ob arritatem Deiav lupi cum ovibus:* Satanæ cum Christi ovibus perpetua est pugna, Eph. 6. v. 12.

3. *Ob loci rationem.* In sylvis lupi desertisque comorantur. Mundus hic Satanæ sylva & desertum est, in quo regnat, Eph. 2. v. 2.

4. *Ob appetitus stimulum, quem circa vesperam sentit*

fentit lupus, Zephan. 3. v. 3. Satanæ maximus est circa mundi ruentis vesperam stimulus furoris. Apoc. 12, 12. Cur ergo præsentes mundi turbas miraris?

5. *Ob ovium dispersionem*, Joh. 10. v. 12. Dispergit oviculas Christi, lupus Satanæ, quando eas tentationibus ignitis perterrefacit. Has tamen sub alas suas Christus colligit, in extremo judicio plenè colliget, lupo infernali æternis suppliciis maestatô.

6. *Ob dentium ad prædam præparationem*, quos herba origano acuit lupus. Satanæ dentes vencenatos acuit hæresi, quæ est planta non plantata à Patre. Matth. 15. v. 13. sed patre mendacii, Joh. 8. v. 44.

7. *Ob sanguinis ablutionem*. Lupus solet dentes eluere aquâ, ne color prædam prodat sanguineus: Diabolus pessima patrans, optimos fucos facit, purgat se. Mundus & tyranni *lupus*, qui dentes sanguine martyrum cruentatos, aquâ innocentiae eluunt, *hæretorum sanguinem profusum esse* clamant. Exemplum: Act. 7. v. 57. Apoc. 17. v. 6.

8. *Ob visu claritatem*. In mediis noctis tenebris visu pollet lupus. Videt in mundi tenebris Satan, vide re sibi videntur impii, cum tamen sunt cæci, Joh. 9. v. 41.

9. *Ob abactionis rationem*. Lapidum strepitum valdè metuit lupus, hoc abigitur. Satan verbi divini strepitu, Matth. 4. v. 11. Hoc verbilapide percute lapidem Christum manu fidei; non feret hunc conflictum lupus, Jac. 4. v. 7. Eph. 4. v. 27.

10. *Ob insatiabilem nocendi libidinem*. Totum jugularet gregem, si posset. Satangus humanum deglutiret, nisi eum archipastoris Christi anteverteret vigilantia. *Nemo ex ipsis manu eripiet oviculas*, Esa. 49. v. 16. Joh. 10. v. 28.

II. *Ob odoris occultationem*, quem adverso incedendo,

dendo vento, canes celat lupus. — Satanus egregie fœtorem peccatorum occultat, ne canes, ministri, sentiant eum, & in angelum lucis se, filios suos in filios lucis (*Φανομένους*) transformat, 2. Cor. 11. v. 14.

12. *Ob contagiosam infectionem.* Lupus enim dilaniatas carnes inficit mortuoso: Ita, quos Diabolus mortuoso impedit, afflantur veneno Diaboli. Hoc venenum est duplex:

1. Diabolica tentatio, quæ velut veneno piorum corda inficiuntur, quodque venenum intolerabilem sitem excitat. Psal. 42. v. 1.

2. Hæretica seductio, quæ pariter Diaboli venenum, inficiens animas: quod Dominus cavere monuit, Matt. 7. v. 15. *Cavete vobis à pseudoprophetis, qui veniunt ad vos in vestitu ovium: Intus autem sunt lupi rapaces.* Huc pertinet: quod, quæ pede terit lupus, ea vivere non possunt: Ita quæ Diabolus semel trivit suis pedibus, hoc est, quæ ille sibi subjecit, spiritualem vivere vitam non possunt.

13. *Ob fraudulentiam*, quæ in lupo maxima: Eadem quoque est Satana. 2. Corinth. 2. Ut enim lupus cornuta animalia à tergo invadit: Ita instructos armis militæ Christianæ Diabolus ex obliquo aggreditur. Notat hoc Apostolus; unde se armis justitiæ à dextris sinistrisque munitum esse profitetur, 2. Cor. 6. v. 7. Ergo à fronte tibi, à tergo, à dextris, à sinistris, cave, ovicula Christiana.

14. *Ob preparationem ad pugnam.* Dicitur enim lupus corpus suum terrâ replere, ut tanto gravior ovinæ incumbat, ne facile excutiatur. Lupi infernalis corpus mundus est: Hic perpetuis rerum terrenarum curis velut pondere, miseras Dei ovinulas premete allaborat. Excute ergo lupum Satanam, cum cor-

corpo^{re} ejus mundo, Luc. 21. v. 34. *Cavete, ne corda vestra graventur crapulâ*, monet pastor, Dominus: audiat ovicula pius.

DIABOLUS EST VENATOR.

211. Psal. 91. v. 3. 1. *Ob retia, quæ venatorum: Habet & Satanæ sua retia; Heresin & hypotrisin: Laqueos tentationum mille*, 1. Tim. 6. v. 9. & cultus idololatrici, Deut. 7. v. 16. cap. 12. v. 30. mundiscandalosi, ut populi derelicti inter Israelitas Jos. 23. v. 13. Jud. 2. v. 3. voluptatis carnalis, ut Jud. 16. v. 12. Hi laquei omnes positi sunt in terra, ut Job. 18. v. 19. laquei mortis, Psal. 18. v. 6. infidularum, Psal. 64. v. 6. Psal. 124. v. 7. Sit summa: totum cor Satanæ est laqueus & rete, quod de adultera Salomon, Eccl. 7. v. 27. Cave hæc retia, ne capiaris, 2. Tim. 2. v. 26. quia inebriant, quia ignominia afficiunt, 1. Tim. 3. v. 17. quia ex abrupto incident, Eccl. 9. v. 12. quia in infernum deducunt, Prov. 14. v. 27.

2. *Ob venabulum, quo venatores instructi. Satanæ venabulum mors est*, Sap. 2. v. 24. Rom. 5. v. 12. 1. Cor. 15. v. 55. 56. Satanæ venabulum est Diabolica tentatio.

3. *Ob canes, quorum catervâ stipantur venatores: Ita & Satanæ sunt sui canes. Hi sunt impii, Christum & Christi membra persequentes, tanquam cervas fugientes*, Psalm. 22. v. 7. Matth. 7. v. 6. Philip. 3. vers. 2. 2. Petr. 2. v. 22. Apocal. 22. v. 15. & lacerantes easdem, Jer. 15. v. 3.

4. *Ob locum. Venatio in sylvis locisque desertis exercetur. Mundus est illa sylva, in quo princeps Satanæ est, in quo hominum animas aucupatur.*

5. *Ob sagittas. Satanæ multæ sunt sagittæ*

1. *Accusationis coram Deo Apoc. 12. v. 10. Job. 1.*

vers. 4. His sagittis nos cupit vulneratos coram Deo; sed non vulnerat: Apparet enim coram facie Dei medicus noster, qui ostendendo vulnera sua Patri, nos sanat. Quis ille? Jesus Christus. Sanat nos; hinc medicus est, Matth. 9. v. 35. vulnera sua ostendit: Hinc intercessor, 1. Joh. 2. v. 1.

2. *Calumnia*, unde nomen Diaboli & mendacis ci natum est, Joh. 8. v. 44. Confer Psal. 120. v. 3.

3. *Tentationis*. Vid. suo loco.

4. *Ira divina* felle nonnunquam jacula sua tingit Satanás; unde tot querelæ, Psal. 38. v. 3. ut venatores Galli ci ellebore jacula tingunt: autore Plinio. Ita sua spicula Satan veneno ignita tingit, Eph. 6. v. 16.

6. *Ob typicas præfigurationes*, Gen. 10. v. 9. *Nimrod robustus venator fuit*. Satanás verus Nimrod & rebellis ille Deo, primus Babel ædificans, Gen. 10. v. 10. hoc est, omnis confusio[n]is in mundo, quem Babel notat, fons. *Diabolus est leo ille nos fugere faciens*, Job. 10. v. 16. in platea arcta illa salutis nostræ, ut typic. Thren. 4. v. 18. Matth. 7. v. 13. Satanás est *Abimelech* ille, Jud. 9. v. 40. *Saulus* ille verus animam nostram perseguens, 1. Sam. 24. v. 12. ut *perdicem*, cap. 26. v. 20. quod de suo Saule conqueritus olim David.

DIABOLUS EST REX, ANGELUS, Abaddon.

1. Apoc. 9. v. 11. *Rex est*; regnat enim in hoc mundo, Eph. 6. v. 12. ut magistratus tenebrarum, Col. 1. v. 13.

2. *Omnia mundi regna sibi vendicat*, Matth. 4. v. 8. 9.

3. In

3. In filiis incredulitatis, Eph. 2. v. 2. in aere cap. 6.
v. 12. regnat.

1. Angelus est, sed i. Malus, quia Væ hominibus attulit, d.l. Apoc.

2. Lucis Angelus, *Simulatus*, 2. Cor. 11. v. 14. *A-*
baddon, hoc est, perditor, destructor i. *Imaginis Dei*
in homine, Paradisi, vita, omnis perditionis fons, pec-
cati perdentis, Osc. 9. v. 9. Prov. 14. v. 34. *inferni insa-*
tiabilis, Prov. 27. v. 20. Pater *mendacii*, Pater filii *perdi-*
tionis, 2. Thess. 2. v. 3. perditionis illius *eterna*, Gal. 6. v. 8.
concupiscentia, Eph. 4. v. 22. inopinæ perditionis ex-
ecutor, i. Thess. 5. v. 3. qui idcirco *tortor* alias appellatur,
Matth. 5. v. 25.

DIABOLUS EST PRINCEPS mundi.

213. Sic Joh. 12. v. 31. cap. 14. v. 30. cap. 16. v. 11.

1. *Ob divitias mundanas*, sed tamen inanes: Ita Apoc. 18. v. 23. mercatores ob divitias appellantur prin-
cipes; Ita Diabolus mundi princeps servos habens suos,
divitiis, i. Tim. 6. v. 8. 9. Mammonæ, Matth. 6. v. 24. ad-
dictissimos.

2. *Ob regimen*. Conf. all. præc. n. 1. Hoc tamen in
piis exutus, ejectus, Ioh. 12. v. 31. illo regno *principes co-*
rum sicut leones rugientes.

3. *Ob furorem & minas*. Ita Zeph. 3. v. 3. Diabolus
verè est ille leo, talis rugiens, i. Petr. 5. v. 8. princeps mun-
di sæviens, Apoc. 12. v. 12.

4. Subditi hujus mali principis sunt omnes impii.

5. Bellum gerit cum principe vita, Christo, 2. Co-
rinth. 6. v. 15.

6. Sceptrum hujus principis est *injustitia & mali-*
tia:

tiæ: unde magistratus tenebrarum appellatur, Col. i.

v. 13.

DIABOLUS VERE EST

Serpens.

214. 1. *Obserpentinam formam*, quam seducturus protoplastos induit 2. Cor. ii. v. 3.

2. *Astutiam*, Gen. 3. v. 1. Sir. 25. v. 21.

3. *Veneni ignem*, quem exferit in peccato, morte, 1. Cor. 15. v. 55.

4. *Linguam mortiferam*, Job. 20. v. 16. Mendax lingua Diaboli occidit, Joh. 8. v. 44.

5. *Furorem*, Psal. 58. v. 5. Apoc. 12. v. 12.

6. *Dentes acutos*, Psal. 140. v. 4. Impiorum Satanæ que dentes acutissimi calumnia, mendaciis, exprobationibus, Psal. 73. v. 11. Psal. 42. v. 4.

7. *Morsum*, Prov. 23. v. 31. Mors est Diaboli morsus, tentatio est in morsus, Am. 9. v. 3.

8. *Sibulum*, Sap. 17. v. 9. Sibilus Satanæ est furor & machinatio occulta, 1. Thess. 3. v. 5.

Fugiamus hunc Serpentem, peccatum vitemus, Sir. 21. v. 2. concupiscentias, 1. Cor. 10. v. 6. caveamus astutias, 2. Cor. 11. v. 3. Ita in hac mundi eremo vigilandum est, donec Christus plenè conterat Serpentem, capiat, projiciat, Apoc. 20. v. 2, cap. 12. v. 9, 13. & nos, ut triumphatores in Christo, collum ei calcemus.

CA.